



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 9. Philippi II. consilium de novis Episcopatibus in Flandria erigendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

quinquaginta aureorum millia absumpsit. Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
 Eodem tempore & id memoria dignum
 ab eo actum est, quod in aliquot India-
 rum oppidis, quæ Lusitaniæ Regi pa-
 rent, sedes Episcopales constituerit,
 Malacæ & Cochini: Goensem vero Epi-
 scopatum ab Archiepiscopi Ulisiponen-
 sis obedientia ob locorum longinquitatem
 exemerit, eamque Metropolitanam fe-
 cerit, erectis novis Episcopatibus, ex
 quibus Episcopum Malacensem, & Co-
 chinensem illius suffraganeos esse voluit.
 Ceterum Goæ præter Cathedralem Ec-
 clesiam septem dantur Parochiæ, plu-
 raque Monasteria, ibidemque Jesuitæ
 vulgo Paulistæ nuncupantur, eoquod
 amplissimum illorum Templum sit divo
 Paulo sacrum, nec ibi etiam præfati Pa-
 tres pileis, aut oblongis, prout in Eu-
 ropa solent, vittis, sed quibusdam utun-
 tur capitibus, quæ vix non speciem pi-
 lei absque ora, seu solum pilei cavum
 præferunt: Præterea iidem Patres
 quinque ibidem habent Collegia, eaque
 sunt D. Pauli, ita dictum boni Jesu Colle-
 gium, Seminarium, nec non Professo-
 rum, & Novitiorum Domus.

§. IX.

*Philippi II. consilium de novis Episco-
patibus in Flandria erigendis.*

Hist. Eccles. Tom. XLIII. S In-

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

Insuper Paulus IV. novos instituit Episcopatus in Belgio, quod Philippo Regis imperio obnoxium erat, atque eo tempore nonnisi duos Episcopatus scilicet Cameracensem, & Ultrajectinum numerabat, quorum primus Archiepiscopo Rhemensi, alter vero Coloniensi subiciebatur: porro præter hos erant adhuc intra Franciæ Regnum duo alii Episcopatus, Atrebatensis, & Tornacensis. Equidem Episcopatum numerum augere jam olim Philippus bonus Burgundiæ Dux tentaverat, ac postea Carolus V. ad opus deducere moliebatur, dum hujus ditionis regimen immutare, atque septendecim illius Provincias ad unicum regnum Hispanico scepro obnoxium reducere statuebat, cum ad hoc ab ipsis incitaretur Hispanis, quorum plurimum intererat, ut eorum Rex omnes Belgii Provincias pro summo imperio sibi subditas teneret, cum antea tanti Principis auctoritas per particularia harum Provinciarum privilegia artis nimium limitibus circumscripta videretur, attamen nec hoc, nec novos Episcopatus instituendi consilium ad exitum deducere poterat Carolus, assiduis, quibus involvebatur, bellis præpeditus, nihilominus hujus rei curam sedulo commendabat Philippo filio suo, postquam ei suarum ditionum regi-

regimen cesserat: ejusmodi enim con-
 junctionem Philippus oppido necessa-
 riam censebat, ut hac ratione Calvi-
 nianæ hæresis venenum latius per Bel-
 gium serpere prohiberet: præcipue
 cum aliunde satis probe intelligeret, quod
 Carolus V. ejus Pater nunquam in
 Belgio Inquisitionis tribunal erigere po-
 tuerit, quamvis in Flandria natus esset,
 Flandrique illum majori, quam quem-
 cunque alium Principem, veneratione
 coluissent: cum ergo desperaret, quod
 id alius Princeps a Flandris obtinere
 posset, hinc aliud medium, quod præ
 ipsa Inquisitione magis expeditum esset,
 adinvenire oportebat.

Eapropter inter cetera Granvella-
 nus Cardinalis proponebat, quod nihil
 hanc in rem melius conduceret, quam
 auctus Episcopatum numerus, eoquod
 hoc medium una ex parte ad præsti-
 tutum finem recta tenderet: altera
 vero ex parte Flandris pergratum fo-
 ret, cum hac ratione ab exterorum,
 quibus antea in Sacris subjecti erant,
 jurisdictione eximerentur: quapropter
 approbata Granvellani propositione,
 Regis Catholici, suorumque Belgii sub-
 ditorum nomine Sedi Apostolicæ sup-
 plex libellus porrigitur, in quo postula-
 tum, ut Cameracensis, & Trajecten-
 sis Sedes ad Archiepiscopatus eveheren-
 tur,

Sæcul. XVI.

A. C. 1559.

Sæc. XVI. tur, necnon instituto Mechliniensi Ar-
A. C. 1559 chiepiscopatu per varias urbes novi
 Episcopatus erigerentur.

§. X.

*Tredecim Episcopatus in Belgio
 erecti.*

Onuphr. l. c. Cum ergo Philippi Regis petitio Ro-
Flor. Vander mæ æqua non minus, ac pia habe-
Hardt de ini- retur, Pontifex hanc in rem die vigesi-
tio tumult. ma octava Aprilis Anno Domini millesi-
Belg. mo quingentesimo quinquagesimo nono
 diploma edidit, vi cujus huic Principi
 concessit, ut tredecim novi Episcopatus
 erigerentur Mechliniensi Metropolitanò
 subjecti, iique erant sequentes, Antwer-
 piensis, Sylvæ-Ducis, Gandavenfis,
 Brugensis, Iprensis, Audomarenfis,
 Namurcensis, Harlemenfis in Hollan-
 dia, Middelburgensis in Zeelandia, Leo-
 wardiensis, & Grüninganus in Frisia,
 Ruremundanus, & Deventinanus in Gel-
 dria.

Postea Pontifex Cameracensem, Ul-
 trajectensem, & Melchliniensem Episco-
 patus ad Archiepiscopales Ecclesias e-
 vehens, in reliquis tredecim urbibus Se-
 des Cathedrales instituit, quas hac ra-
 tione trium Metropolitanarum suffraga-
 neas esse voluit, & Cameracensi quidem
 Metropolitanæ, Atrebatum, Tornacum
 anti-